inabdicabilem humana voluntate supra episcopatū Alioquin tūc temporis remā sissent duo habētes papalē dignitatē. aut talem que fuisset supior ad episcopalē vel archiepiscopalē. Oportet vt videt consequēter dicere q̃ mortuo vel cedente bonifacio qui in locū celestini successit. ipse celestin⁹ potuerat assumi in papatū sine noua alicui⁹ ordinis/vel potestatis iuridice essentialis ⁊ inabdicabilis collatiōe. quēadmodū dicim⁹ de episcopali dignitate/ in his qui fuerūt degradati vl deiecti. qui iterū possunt restitui nulla consecratōne noua facta. De autē consideratōes pficiunt studiosis/ad cognoscendū magis ⁊ magis quid dicat vel importet/ ⁊ q̃d non papalis dignitas. ⁊ qualiter pōt exercere iudiciū ecclesia circa papā. Notet Bonauentura in distinctiōe. xxv. q̃rti vbi q̃rit si episcopatus sit ordo supra sacerdotium ⁊ ponit q̃ neq̃ episcopat⁹ neq̃ papatus dicit nisi plenitudinē aliquā. vel dignitatez in ordine. ⁊ ordinē nouū nullū addit.

## Consideratio. XVI

Afferibilis est vicari⁹ sponsus ecclesie/ p̃ ecclesiā aut generale cōcilium vt dictū est/ ⁊ dum hoc euenit probabile est q̃ magis fiat destitutiue ⁊ iuridice. q̃ solū declaratiue seu dictatiue seu cōsiliatiue. Fuerūt due opiniōes vt alias tangebat de destitutōne pape Una ponit q̃ papa dū labit in heresim. iā damnatus eit. ⁊ eo facto p̃ deum depositus. et perdidit iure diuino papalē dignitatē siue hec heres sit secreta vt ampliāt aliqui. siue sit manifesta. vt placet alijs loq̃ restrictius. Credūt alij q̃ nullus rite in papā electus redditur p̃ aliq̃ crimen. eo facto depositus/licet bene sit deponēdus/ ⁊ manet talis rite elect⁹ semp papa. vsq̃ ad sententiā depositōis latam cōtra eum. per ecclesiā vl generale conciliū. aut nisi cesserit sponte sua. quēadmodū in alijs episcopatib⁹ ⁊ dignitatib⁹ minoribus dicunt esse certum. Ita q̃ resolutio finalis hui⁹ opinionis. quā nunc dicim⁹ probabilem/ stat in hoc q̃ sicut null⁹ efficit papa. lege stante ⁊ nisi fieret noua reuelatō vel miraculosa institutio. nullus inquā talis rite efficit papa. nisi p̃ legitimā electōez dominoꝝ Cardinaliū. aut alioꝝ quib⁹ hec potestas collata fuerit p̃ ecclīam. aut per generale conciliuz. sic nullus talis rite electus desinit esse papa. nisi per destitutōnem legitimā factam ab ecclia. vel cōcilio. vel alijs quibus voluerit cōferre ecclesia vel cōcilium huiusmōi potestatē. qualis nondū collata esse repitur. Probabilitas hui⁹ opinionis fundata est. alias in alio opusclo. Et nūc breuiter repetamus dicentes aliqua. Primo q̃ status hierarchicus in ecclesia debet esse certus ⁊ constās. Da oppositū. Iam ecclia non fuisset sufficiēter instituta. quia subditi remanerēt semp expositi discrimini peccati mortalis. inobediendo vel nō obediendo suis superiorib⁹. cum non possz eis cōstare sufficienter. q̃ndo superiores ius pdidissent in presidendo. vel ipsum retinerēt. Ac proinde dicimus consequēter q̃ titulus Ecclīastice dignitatis vel autoritatis. nō est fundat⁹ in sola sanctitate. quēadmodū dixerūt heretici qui nominabātur pauperes de lugduno. ⁊ alij similes. sicut deducit Bonauentura in distinctōne. xxv. quarti. Alioquin nihil essz certū in actibus hierarchicis Sicut nemo scit an odio vel amore dignus sit. Et eadem radice pareat q̃ per prescientiā vel reprobatōem eternā. nō datur vel aufert prescise titulus ecclesiastice dignitatis. Nam Judas p̃scitus fuit apostolus/ ⁊ multi predestinati carēt tali dignitate. Seq̃tur amplius q̃ titulus ecclesiastice dignitatis nō est fundatus in donis gratuitis latētibus in anima. quia de illis cōstare non potest subditis. nisi forte per reuelatōnem. et presertim si sint dona que statim habita stati perdi possunt. qō dicit propter caracteres indelibiles. post q̃ semel habiti sunt. et de quib⁹ presuppositā fide. potest haberi sufficiens certitudo. dum aliquis rite suscipit sucramenta imprimētia tales caracteres. Addam⁹ rursus q̃ sicut iniustus homo sine charitate et in peccato mortali potest iuste dominari temp̃aliter. et esse rex vel princeps iusto titulo. Sic etiam potest esse episcopus/ vel sacerdos. Et hoc sequit ex prioribus contra imaginatōnem aliquorū nostris tempibus in anglia. ⁊ alibi. q̃ posuerunt omē dominiū ⁊ omnē dignitatē fundari in iusticia charitatis ⁊ q̃ sine ea nihil potest esse iustum neq̃ iuste fieri neq̃ possideri. quod vtiq̃ repugnat assertionibus

sacre scripture in locis plurimis/in quibꝫ idolatrie ⁊ pessimi homies ⁊ reprobi appellant̃ reges. vt Saul Cyr⁹ ⁊ achaz Vñ ⁊ xp̃s docuit ꝙ phariseis ⁊ reprobis daretur obedientia in doctrina eorũ. dum ait. Supra cathedram moysi sederũt scribe ⁊ pharisei/que dicũt facite ⁊c. ¶ Dicam⁹ cõsequẽter ꝙ dignitates eccl'iastice nõ fundant̃ in fide ĩteriori/neq; in spe sancta. neq; in caritate. patet ex eisdem fundamẽtis ¶ Ac proinde seq̃tur vlterius ꝙ deficiẽte fide in aliq̃ prelato. nõ est cõseq̃ns vt mox ꝑdiderit pastoralem dignitatẽ quia nec fides est necessariũ eius fundamẽtũ ¶ Patet amplius ꝙ canones sacre scripture. ac summoꝝ pontificũ dicẽtes hereticos esse vitãdos tanq̃ ethnicos ⁊ anathematisatos. veꝝ dicũt dum cõstat eos tales esse. ⁊ maxime ꝑ sententiã iudiciariã. aut ꝓpriaꝫ cõfessionẽ. aut facti euidẽtiã Nihilomin⁹ ꝙ tales sint eo facto depositi a dignitatibꝫ ⁊ ꝙ eas ꝑdiderĩt sine destitutõe nõ habet̃ ex eisdẽ canonibꝫ. Aut si aliq̃ canones videant̃ hoc sonare de notoriis ⁊ manifestis hereticis/ q̃ sunt eo facto depositi intelligi posset ꝙ ꝯtra tales nõ requirit̃ ꝓcessus iuridicus. ordinat⁹ ad degradandũ eos ꝑ sententiã diffinitiuã. sicut in occultꝫ ⁊ nõ ꝯfessatis oporteret. ¶ Dicam⁹ ergo ꝯcludentes ꝓbabil'r. ꝙ sicut hũana electio datius ⁊ titulũ ad papalẽ dignitatẽ si homo sit capax hui⁹ electõis. atq; dignitatis. ⁊ si sit viator baptisatus/ sit ꝑ humanã destitutõem ꝑdit illam presidentiã ⁊ nõ aliter. eo inuito. siue sit hereticus siue sit scismaticus ¶ Et dũ opponit̃ ꝙ hereticus non potest esse membꝝ ecclesie/ q̃ntomin⁹ põt esse caput ei⁹. vel vicarius su⁹. aut spõsus multa in hanc sententiã ¶ Respondet̃ ꝙ hec ratio vel similis si bene perpẽdat̃/ omnino fuit illa q̃ fundauit oẽs errores de q̃bus pretactũ est. ꝙ solus iustus iuste dñatur. vel est sacerdos vel ꝯsecrat. ⁊ ita de similib⁹ ¶ Notemus ergo sine ꝓcessu longiori/ ꝙ multe sunt cõnexiones mẽbrorũ in corpe mistico ecclesie sicut diuerse sunt in eodẽ corpore vnitates ¶ Una est enim vnitas caritatis. Et ita soli habẽtes caritatem dicũtur vere mẽbra eccl'ie. Alij quãtumcũq; fideles. sunt vel vt prescisa velut arida. et emortua membra ĩmo sunt ꝓditores domini sui. nec de familia eius. hoc modo dici possunt. nec sunt digni pane/ quo vescunt̃. ¶ Alia est vnitas in donis nature. sicut om̃es homines/ cõnectũtur in intellectu ⁊ in ratõne ¶ Alia est vnitas in simili ꝑticipatõne sacramẽtorũ. ⁊ p̃sertim in vnitate baptismatꝫ in quo caracter imp̃mitur in qua vnitate cõnectũtur omnes qui baptisma rite susceperũt. etiã vbi fidem actualẽ. vel habitualẽ. perdidissent Et hec vnio videt̃ absolute sufficere ad h̃/ ꝙ aliquis rite in papã electus/ maneat caput ecclesie quousq; fuerit ꝑ sententiã diffinitiuã depositus ¶ Nolo tamẽ propterea dicere ꝙ semꝑ sit obediendũ tali heretico/ vel nõ sibi resistendũ aut ꝙ sit appellatõe papalis dignitatis honorãd⁹. Quoniã in casu sicut iam tactũ est posset papa verus manẽs papa licite etiã ligari. vel incarcerari. vel in mare demergi quãto magis posset obediẽtia sibi. vel reuerẽtialis nominatio denegari ⁊

## Cõsideratio. XVII

Auferibilis nõ est vicari⁹ sponsus ecclesie. rite prius elect⁹. quin posset creare veros sacerdotes/ et episcopos. ⁊ alia facere que ordinẽ suũ respiciunt in tali plenitudine receptũ. absq; h̃ ꝙ iterari debeant ea que fecisset/ q̃ valida sunt iure diuino. q̃uis peccabit ipse cuꝫ ꝑticipibus suis si hoc attẽptauerit ¶ Cõsimil'r ea q̃ iurisdictõeꝫ purã respiciũt. illa possunt dici valida que egerit talis q̃diu tolerat̃ ab ecclesia. ⁊ hoc iure seu approbatõe totius eccl'ie. vel p̃cedentiũ pontificũ. ⁊ cõciliorũ generaliũ institutõe. p̃sertiꝫ nisi aliũde ex culpa subditorũ talia reddita fuerũt inualida: q̃ ꝑticipant in crimine. ¶ Rñdet hec consideratio multis dubitatõnibus que potuerũt oriri/ durante hoc pestifero scismate. tam in collatõibus ordinum. q̃ in dependẽtibus ⁊ collatõibus beneficiorũ ⁊ similibꝫ. vbi facilius se expedit opinio quã probabl'i modo posuim⁹ in p̃cedẽti cõsideratõe circa obiecta Multum ꝓdest insuꝑ eadẽ consideratio ad celeriorẽ ⁊ expeditiorẽ terminatõem scismatis. ꝑ viam cessionis. omissa qualibet discussione facienda.

## Considera. XVIII.

Auferibilis est vicarius spõsus ecclesie tanq̃ heretic⁹ aut scismatic⁹ etiã vbi ĩ casu. ipe nõ est veraciter

⁊ mentaliter talis. ¶ Assignem⁹ summati casus aliquos circa personas alias. qui similr̄ possunt in papā cadere. Duos inuenim⁹ in iuribꝫ expressos. ¶ Un⁹ est dū aliquis sustinet excōmunicatiōem vltra annū. ⁊ citatur sup materia fidei. nec respondet. ¶ Alius dū citat⁹ corā iudice renuit prestare iuramentū. Talis aliq̄s poterit manere semp verus fidelis attn̄ ipse tanq̄ hereticus iur⁹ p̄sumptiōe dānabit̄. ¶ Tertius assignatur casus/si timore mortis vel alia passione mot⁹ q̄s vocalr̄ negat ea que sunt fidei. nec possit aut velit sufficiēter se purgare. ¶ Quartus casus vbi p act⁹ hereticales. aut idolatricos. habebit̄ p̄sumptio vehemēs cōtra aliquē. ⁊ talis nec poterit aut velit sufficiēter se purgare. Dicūtur autē actus hereticales vel idolatrici. q̄ sunt cōtrarij vel oppositi actibꝫ. quibꝫ solet fieri p̄fessio fidei. ⁊ religionis xp̄iane: ⁊ cultus diuini: sicut est genuflexio corā sacramento altaris: ⁊ ingressus tēpli. ⁊ similia Et in hoc multū valet vsus hoīm. sic talia signa. vel talia accipientiū Unde si q̄s exhibet talia in honorem machometi. vel idolorū. aut si oppositis factis detestaret̄ sacramentū altaris. ⁊ templū dei. ⁊ sacras imagines: ⁊ similia faceret. haberi deberꝫ de heresi ⁊ idolatria suspectus. ⁊ hoc vl̄ vehemēter vel grauiter: vel leuiter s̄m q̄ plures cause suspitōem aggrauātes ⁊ pauciores releuantes cōcurrerēt. Et hic esset longus sermo de modo accusatōnis taliū coram inq̄sitore. qn̄ scꝫ ⁊ qn̄ nō veniūt iudicialiter in materia fidei vel idolatrie p̄tractādi. ¶ Casus quint⁹ inuenit̄. vbi quis per falsos testes accusat̄. atq̄ cōuincit̄ fuisse relapsus in hereses iam dānatas. Ille plane dānabit̄. ⁊ iuste dānabit̄ p ecclesiaꝫ que nō iudicat de occultis. sed de allegatꝫ et probatꝫ p sentētiā. ¶ Sextus casus incidens cū quarto. vbi quis etiā leui suspitōne notatus de fide. vocat⁹ fuerit ad iudiciū. ⁊ venire neglexerit. seu cōtēpserit. aut forte nō potuerit. de qua tn̄ impotentia fidem facere nō valebit. Cum enī summus pōtifex iuxta probata prius. possit tā doctrinalit̄. q̄ iudicialr̄ denūciari deferri: et accusari corā cōcilio generali in materia fidei. ⁊ cultus diuini. nō repugnat casus istos ⁊ similes in ipso posse repiri. qui circundatus est infirmitate sicut dicit apl̄s Experientie voce loquens.

## Cōsideratio. XIX.

Auferibilis est vicari⁹ sponsus ecclesie. p eccl̄iaꝫ etiā sine culpa sua. q̄uis nō sine causa. ¶ Tangam⁹ similr̄ casus aliq̄s. Ubi corā tota ecclesia vel concilio generali p̄poneret̄. ⁊ probaret̄ per testes q̄ papa q̄ forte est detētus inter saracenos iā obijt. ⁊ cū ecclesia iā nō possit cōmode diuti⁹ remanere sine papa. videtur oīno q̄ in hoc casu conciliū poterit creare nouū papā ⁊ cū nō possint esse duo simul. videt̄ q̄ prim⁹ erit destitut⁹ p conciliū. Posset etiā destitui. vbi cōstaret de vita. si de eo ablata esset spes oīs redeūdi. ¶ Alter casus est vbi q̄s rite elect⁹ in papam efficeret̄ adeo inutilis. p̄pter indispositiōꝫ corp̄alem. ac p̄pter carentiā perpetuā vsus rōis. q̄ per cōciliū iam p eū cōgregatū dū sane mentis erat. expediret aliter p̄uideri de summo pōtifice ¶ Alter casus est vbi post electōem canonicā alicui⁹ in papam p cardinales. ipsi cardinales oēs morirēt̄ priusq̄ possent electōꝫ suā canonicā publicare. cōstat q̄ eccl̄ia nō tenet̄ hūc recipe p papa. ⁊ ita posset ad electōem alteri⁹ p̄cedere. ¶ Alter casus similis stat cū priori. vbi nullo mō cardinales etiam viuentes possent facere fidē sufficientē de electōne canonica facta circa vnū. q̄lis casus videt̄ eē ⁊ fuisse in scismate p̄nti si bn̄ p̄pēdat̄ Et iō circūstātia ei⁹ multū iustificat p̄cessus habitos ꝯtra illos. ꝯtendētes ⁊ aduersus cardīales ¶ Alter casus p̄pter cōem errorē aut estimatōem subditorū. aut ipsoꝝ maliciā generalē de q̄bꝫ nō est p̄sumēdū q̄ vnq̄ debeāt obediētiā prestare tali. q̄ fuit in papā rite elect⁹. tn̄ alteri nouiter eligendo p̄ati sunt. vt forte si greci vellēt ad vnitatē eccīe redire. dūmō tolleret̄ papa iā existēs ⁊ nou⁹ rite canonice crearet̄. Cōfirmat h̄ imaginatio casus illi⁹ iuxta positōem innocētij ⁊ alioꝝ iuristarum. q̄ dicūt hoīem exp̄sse p̄fessum in religione. posse vxorem ducere pro saluatōe magne gentis aut ad fidem conuersiōe. Cur nō similiter p aliquo tanto bono posset rite electus. p ecclesiā aut conciliū generale destitui bono zelo: et integra charitate: ¶ Casus alter sextus esset vbi per iuramentum et votuꝫ aliquis in Papam rite electus: seipsum ad cessionem obligasset. sed differret hoc adimplere. In scandalum populorum.

putantium ex tali facto pape/ q̄ neq; iura mētis suis obligant̄/ neq; votis/ q̄lem casum habere videmur in manib; ¶ Deniq; ꝛ si casus notati in hac ꝛ precedēti cōsideratōe. vix aut nunq̄ visi fuerint/ nihilominꝰ expediēs est tāgere ad inq̄sitiōem solidiorē veritatis ꝛ ad cōfutatōem illoꝝ. q̄ in iuribus suis scriptis oīa particulatim et sufficiēter arbitrantur esse decisa.

## Consideratio. XX.

Auferibilis non est vsq; ad cōsummationē seculi vicariꝰ sponsus ecclesie/ q̄n aliquis certꝰ/ ꝛ vnicꝰ preficiat̄/ ꝛ hoc lege stante: ꝛ p̄supposita mundi duratōne lōgissima ¶ Detur oppositū tunc eccl̄ia maneret imp̄fecta vsq; ad consummatōꝫ seculi/ nec suoꝝ gauderet integritate mēbroꝝ/ ꝛ p̄sertim mēbri p̄ricipalis. ¶ Quocirca cōcludamꝰ sub q̄druplici corollario morali cōformiter ad p̄dicta ꝛ ad alias cōsideratōes alibi notatas sup̄ eadē materia ¶ Et dicamꝰ p̄rio q̄ hi repugnāt ordinatōi xp̄i/ ꝛ spirituisctō rebelles sunt/ qui p̄ñtis scismatis terminatōm impediūt modis talib; quos sciūt aut scire debēt/ ad pacē protinꝰ reducendā/ eē vl̄ inutiles vel nociuos vt si querat̄ fieri pax p̄ reductōem vniꝰ obediētie ad alterā. vl̄ p̄ vim armatā vel p̄ dispositōem iuris. q̄ nō sunt p̄babil̄r ꝛ salubriter expectanda Nec sufficit dicere. habemꝰ papā xp̄m. sufficit vt credamꝰ in euꝫ/ nam talis vnio ad xp̄m ꝛ si sit necessaria/ nō tñ vsq; q̄q; sufficit/ vt in ea stemus nō p̄curando q̄ntū in nobis est vnionē alterā ad vnū vicariū suū in terris/ de quo cōstat ecclesie ¶ Addimꝰ cōsequēter pro scd̄o corollario/ q̄ hi fallunt ꝛ fallūtur/ qui p̄pter affectōem qualēcunq; cōmodi/ vel honoris/ vel amicitie circa alterū contēdentiū/ tenderēt īpedire suā cessionē/ pro impletōe iuramentoꝝ ꝛ votoꝝ suoꝝ/ ꝛ pacis datōe/ si nollent suā deiectōnē/ vbi hoc agere renuerēt/ īmo p̄rsus q̄nto magis aliq̄s fuerit amicꝰ/ tanto ampliꝰ dꝫ hoc querere vt eoꝝ sp̄ūs saluꝰ fiat/ et vt pateat oīb; q̄ ñ zelo malo zelati sunt eos aliq̄ñ/ sed zelo charitatis. licet forte vel error. vel deceptio in iudicio p̄ticulariū agēdorū interuenire potuerit. Dicamꝰ preterea p̄ tertio corollario q̄ hi nutu dei ꝛ spiritussancti (sicut credendū est) inspiratiōe tracti fuerūt. q̄ ad cōuocatōem sacri concilij pisis celebrādi dederūt operā ꝛ p̄mptitudinē prestiterūt/ prestant ꝛ prestabunt Ille orando. ille exhortando. hic p̄tegendo. ille compendo. ꝛ ita de singulis Impeditores si q̄ essent numerādi sunt inter illos de quib; nūc tetigimꝰ. qui rei sunt detrimentorū omniū tam temp̄aliū q̄ spiritualiū. ex hoc scismate horrēdo nascētiuꝫ qualia vix suffecerit tractatꝰ grādis vel sūmatī enarrare. Nā quō p̄atus esset audire ecclesiā. qui suā congregatiōem vel nollet damnabiliter. vel dānabilius impediret: Hanc cōuocatōem pro finali scuto sue p̄tectōnis ad deū. quesiuit in morte rex frācie karolus q̄ntus. Ad hāc esse debet finalis resolutio oīm qui de scismate nolūt increpari apud deū. immo ad hoc tēdit neutralitas accepta si bene capiat̄ ¶ Dicamꝰ ad extremū p̄ quarto corollario q̄ hi qui sacrū conciliū pisanū constituerāt. sufficientem habeant autoritatē deijciēdi duos cōtendētes. aut suos cōplices. si noluerīt parere dictatis p̄ hoc conciliū. in cessione facienda realiter. ꝛ de facto ꝛ cito ꝛ alijs requisitis Poterūtq; procedere ad electōeꝫ vnius certij vicarij. qui tertiꝰ ꝛ indubitatus ab ecclesia poterit ꝛ debebit reputari. Etiā vbi nō oēs obedire vellem sic electo. quod tamē nō est indebite presumendū. ¶ Ecce ergo viginti consideratiōes quodā ordine geometrico se sequētes. Que iūctis alijs sedecim in quarū qualibet initium est vnitas eccl̄iastica Additis q̄ꝫ alijs q̄tuor dudū tarascone p̄dicatis. reddūtur xl. consideratōes. Et he qualē possint afferre studiosiorib; cognitōis materiā. sit eorū iudiciū qui viderīt. ¶ Postulemꝰ tādem vt inauferibilis sp̄ōsus. ecclesie xp̄s. vicariū certū. ꝛ vnicū nobis instituat. ad gloriā noīs sui ꝛ nostrā oīm salutē. prestāte eodē q̄ est benedictꝰ in secula se. Amen. ¶ Sexdecim consideratōnes quarū hic mentionē fecit. paulopost subseq̄nt̄. 4a Quatuor alie in sermōe tarascone predicato. q̄ incipit Apparuit gratia dei ꝛc. etiā subiungentur. 6m

## Sententia Magistri Johannis de Gerson de modo habendi se tempore scismatis.

Ad tollēdū quorūdaꝫ in p̄ñti scismate p̄tinaciā in p̄bitatēq; nimiā specialiter in patria flādrensi. si p̄

meritis aut falſ assertōnib⁹ suis/certissima
⁊ pnciosissima scismata formāt/⁊ fraternā
violāt caritatē/Dū hoies ab obediētia de/
bita suoꝝ supiorū auertunt. Dū postremo
p instabili sua opiniōe/⁊ humana traditō
ne/legē dei sanctā ⁊ stabilez deserere/contē/
nere/⁊ violare compellūt. Dignā duxi que
dam fundamētalia p me posita/saluo semp
in omnib⁹ supioꝝ ac sapientiorum iuditio
nūc sub aliq̄rum ꝛclusionū compendio po
nere. Quocūq̄ de papatu ꝛtēdentiū de
mōstrato nō ē hereticū dicere. A nō est pa/
pa. In casu ꝑdicto stat aliquos esse apō
quos istud ꝓtinaciter asserere A nō est pa/
pa sapet heresim. In scismate pñti tā du
bio/temerarium/iniuriosuz ⁊ scandalosuz
est asserere oēs tenētes istam ꝓtem/vel alte/
raz/vl' omnes neutrales etiaz absolutos/eē
vniuersaliter extra statū salutis. vl' excōmu
nicatos/vel rāonabiliter de scismate suspe/
ctos. In scismate pñti licitū immo cautū
est ꝑstantib⁹ obedientiā isti vel illi/eaz sub
ꝛditōe tacita vl' expressa tribuere. Qua
cūq̄ ꝓte demōstrata temerariū/⁊ scandalo/
sum/⁊ sapiens heresiz est asserere/sacramē/
ta eclesie suam efficaciā non habere/aut sa/
cerdotes/non esse ꝛsecratos/ pueros nō eē
baptisatos sacramētū altaris non esse ꝛfec
tum/⁊ similia. In scismate pñti temera/
riū ⁊ scandalosum est/asserere q̄cūq̄ ꝓte de
mōstrata/q̄ non licet audire missas eoruz
vel sacramētis non coicare/ p̄sertim attēta
diuersitate locoꝝ/tēporuz/atq̄ ꝓsonarum
Possibile est aliquos vere ꝓti assentien/
tes esse veracit' scismaticos/⁊ aliq̄s false ꝓti
modo p̄dctō assentiētes/scismaticos nō exi
stere. Salubrius/iust⁹/⁊ tutius/est quere
re vnionē ecclesie insistēdo circa ꝛtēdētes
de papatu/⁊ hoc p viā cessiōis vtriusq̄/vl'
subtractōis obediētie/ vel alterius licite co
actionis/q̄ subditos p excōicatōis cēsuraz
vel aliter vexare/seu turbare/aut q̄ vna ps
ꝓpianitatis ab alter⁹ coione ꝓtiaciter sepek
Rō p me ꝛclusiōis hec ē/q̄m nll'a ꝓposi/
tio/ad cui⁹ ꝓificatōz exigit' vitas vni⁹ ꝓpo
sitōis ꝛtingēt⁹/⁊ ad fidē iptinēt⁹ ē de necēita
te aut itegritate fidei. Nā sic ꝓpositō copu/
latiua/cui⁹ vna ps ē ꝛtingēs. ē tota ꝛtigēs
cui⁹ vna ps ē falsa aut ipossibil'. ē tota falsa
aut ipossibil'/sic ī ꝓposito. Cōstat āt ad ꝓifi
catōz illi⁹/A ē papa. exigit' ñ solū vna sz ml'
te ꝛtigētes/pure eē vas. vt q̄ electō sit rite
celebrata/⁊ ab ill'q̄ hēbāt ꝓtātem/⁊ ꝛsil'es
ml'te. Ex sil'i rōe colligit' q̄ q̄cūq̄ sacerdote
demōstrato/ista nō ē heretica / iste nō ē sa/
cerdos ⁊ ꝛseq̄nt seq̄tur q̄ nec ista ꝶ nō ē coꝛ
pus xp̄i i altari ⁊c. Rō scōe ꝓpositōis q̄m
ꝓpositio ꝑ sapere heresim. q̄m ex ipa coassū
ptis aliq̄b⁹ verz/q̄ rōnabilit' negari nō pñt
sequit' erroꝛ ī fide/sz possibile ē aliq̄s hoies
p reuelatōz/vl' alit'/sic certificatos eē. q̄ oia
rite facta sūt i electōe/⁊ ꝛsecratōe ei⁹ ī papā
A/q̄ rōnabilit' dubitare tūc nō pñt. Si ne
gāt A eē vel fuisse papā incidūt i erroꝛ ē illū
q̄ rite elect⁹ ⁊ ꝛsecrat⁹ in papa/nō ē nec vn
q̄ fuit papa/⁊ q̄ ñ succedit p etro/⁊ similia
q̄ sūt heretica. Rō tertie ꝛclusiōis q̄ ml'
ti sūt ex vtraq̄ ꝓte/⁊ neutrales/ q̄b⁹ non est
materia ista clarificata/q̄n rōabil'r possint
negare vel dubitare istā ꝓpositōz q̄cūq̄ ꝓtē
dētiū ōmōstrato/A ē aut fuit rite elect⁹/ A
nō ē scismatic⁹/aut heretic⁹/⁊ ꝛsil'es ad q̄s
seq̄t' A nō ē papa. Assūptū docet experiētia
⁊ tot doctoꝝ diuerse aduersēq̄ snie. Et con
stat multos eē simplices/q̄ ad talia dubia ī/
uestigāda nō tenent' alios seq̄/ nec mouēt'
fauore/vel odio/seu q̄stu ad nō ꝛsentiēduz
huic parti vel illi/⁊ pati sūt obedire ꝓitati
sufficient' agnite/nec sūt ꝓtinaces/ igit' nec
excōicati/ nec de scismate rōnabilit' suspe/
cti. Tota rō fūdat' in ꝶ q̄ nūq̄ fuit tā rōna/
bilis vehemēs cā dubitatōis/in aliq̄ scisma
te sic in isto. Cui⁹ signū euidēs ē varietas
opinionū doctoꝝ/⁊ int' doctissimos/⁊ pro
batissimos ex vtraq̄ ꝓte/q̄netiā suppletis
eis q̄ facti sūt ꝛcessis/adhuc restarēt q̄nes
iuris ad vtrūlibet disputabiles/q̄ oia incer
titudinē rōabilē generāt in ꝶ scismate/⁊ ab
erroꝛe pnicioso plures excusant. Pōt igit'
illud dici rōnabilit' dubitabile qd̄ pl'imi et
maxīe sapiētes dubitabile reputāt ⁊ p̄dicāt
Rō q̄rte ꝛclusiōis colligit' ex p̄cedēti/⁊ p
simile de adoratōe hostie i altari/dū occur/
rit aliq̄ dubitatio/q̄ pbr̄ celebrās nō cōple
uerit oia rite ad ꝛsecratiōz req̄sita / suffic ei
adorare sub ꝛditōe iplicita/imo sp ꝛz sub/
iūgi ꝛditio iplicita ista vicz vel simil'. si oia
rite facta sint ꝓm institutionez xp̄i ⁊ ecclesie
Cur igit' in casu p̄sentis scismatis. tam du
bio ⁊ qd̄ non tā ꝓprie tangit statū salutis ⁊
⁊ fidei. non poterit aut debebit apponi cō/
ditio ista vel ꝛsimilis/si talis fuerit cano/
nice electus/⁊ consecratus/⁊ non sit hereti
cus/aut scismatice deꝛauatus. Ratio
quinte conclusionis manifesta est aduertē
ti/quoniā neq̄ scisma/ neq̄ heresis / neq̄

l

aliud quodcūq; vitium/obstat in ministro quin sacramentorum collatio habeat suam efficaciā/dūmodo ꝓferentes intēdāt id facere/qd ꝓs & eccl'ia instituerūt/& recipiens illud recipere(sic rōabiliter psumi debet de omnib⁹. ¶ Rō sexte ꝓclusionis manifestat ex pcedentib⁹.qm nihil debet rōnabiliter a talibus īpedire excōicatio lata/si nō assit pertinacia. Nūq; excōicatio intēdit ferri nisi ī pertinaces/q nō sunt parati audire eccl'iam. Alioquin frustra ferret excōicatio.īmo dānabiliter/& in ecclesie destructionē. Nō aūt data est ptās mīstris ecclie q̄ buslibz ad destructōz/sz ad edificatiōz fm apl'm.quēadmodū medicina dat̄ put ꝓferre possit sanitati.& sanitas rōni. Sic finis excōicatiōis ē subdito ꝓrē medatio/q̄ si clare p excōicatōz videat.aut videri debeat/nō sequi emēdatio.vel fruct⁹ dānabilis ī opposito ꝓferri videat fm Aug.in pabola de zizanijs Mat. xiij.cū ibidē notat. ¶ Rursus ista ꝓclusio apte trahit ex tertia & q̄rta ꝓclusionib⁹. Si ei multi ex vtraq; pte sūt in statu salutis/& ñ pertinaces/īmo pati stare & mori in veritate agnita sufficiēter/aut q̄ sub ꝓditione etiam false pti assentiūt.q̄ ꝓditio ēt eos dē ab errore dānabili reddit excusatos/ꝓstat q̄ tales nō debuerūt nec potuerūt rōabilit excōicari.& p ꝓseq̄ns nec eorū cōicationē phibem⁹. ¶ Si dicat q̄ ēt excōicatio iiuste lata timēda ē. Hec ꝓpositio male intelligit̄ a plerisq; & scrupulos varios & piculosos īgerit. Tūc tū ad pñs sufficit rndet/q̄ si lator nō reputet iudex.eadē executōe q̄ ꝑ fit/pt ꝓseq̄nter excōicatio nō tenere. Et qr multi tenentes vnā ptē dñt rōabiliter tenere q̄ alij sint in statu salutis nō pertinaces.& pati stare iuri agnito.īmo q̄ forte suo pape assentiūt ꝑ ꝓditione.pñt ex ꝑ cōicationē eis impendere. Non enī debēt suo pape tale crimē īponere q̄ voluit hoīes nō pertinaces excōicare vel eos q̄ tenent antipapā/sub conditione tamē/rōnabiliter apposita.si & inq̄tū fuerit rite electus/& non aliter/a cōione ecclesiastica canonica segregare. ¶ Ratio septime conclusionis est qr stat'aliquē vere pti assentientē/& pertinacē eē/q̄ vel ꝓpter ōstū vel ꝓpter vanā gloriā vel aliā causam/non habet animū paratū ad obediendū veritati agnite.si p ecclesiā vel aliter repiret eundem errare/vl'etiā dū in tāto dubio inuoluto p sua assertōne sustinēda/separet se a mēbris veris & viuis īpius eccie. Casus sunt multi de pte opposita/vt dictū est. Non est enī scisma tm in separatione mēbrorū a capite/sed etiā in separatione pertinaci membrorū ab inuicē. Ex quo consequenter habetur q̄ temerariū & periculosum est pertinaciter vnā pte m/vel alterā impugnare/& ab eiusdem cōione eam detestando declinare. Altera pars ꝓclusionis patet ex tertia ꝓclusione. ¶ Ratio octaue cōclusionis perspicua est ex precedentib⁹/qm vbi radix & origo talis.vel ꝑncipalis īpius scismatis cosistit/ibi eradicatio fieri debet/aut antidotū sumi p vnitatis adeptione. Ipsi enī sunt qui peccauerūt/alij aūt q̄ oues sunt/q̄d meruerūt. Ipsi sunt ꝓpter quos tempestas orta ē in mari. Dederūt denicq;/& dāt scandalū/ꝓpter quod ad illud remouendū de necessitate salutis obligant̄. Non negandū tamē est q̄ quilibet p parte sua obligatur fm doctrinā a deo sibi prestitum querere que ad pacem sunt/hic orando/ille monendo/alter docendo. Ultima pars q̄ non expedit vnā partem generaliter vitare alteram/& facere scissuram in ꝑncipaliorib⁹ actibus religionis christiane/& fraternā caritatē violare/patet ex precedentib⁹/& ꝑncipaliter ex quinta cōclusione & sexta. ¶ Verum est enim q̄ singularitas in opinōne ꝓpria contūaciter alios condemnans/incomparabiliter videtur esse periculosior & deterior/q̄ cōmunicatio fraternalis per caritatez/que est cōpago membrorum ecclesie/sub intentione semper recta/& firma de obediendo ecclesie Et enim qui aliter agit pro incerto vero/ille se exponit certe violationi fraterne caritatis. ¶ Nec oportet allegare iura super periculis & maledictionib⁹ eorum/qui nō obediunt preceptis & institutionibus summi pontificis & sententijs. Habet enim locum talium allegatio/apud illos qui nulla possunt rationabili causa excusari/quin sciant vel scire debeant/talem vel talem eē suum superiorem. Si vero est ignorantia p babilis/sicut est in presenti scismate/apud multos de vtraq; obedientia/& apud neutros/non reputantur talibus sententijs alligati. ¶ Ex omnibus predictis videntur posse elici quedam documenta. ¶ Primus est quod in presenti scismate potest apud plurimos applicari rationabiliter documētum Ambrosij ad Augustinū de ieiunādo vl'ñ ieiunādo sabbata/fm diuersitatē tēporū locorum/& personarum. Potest sine

periculo scismatis aut dãnationis/ nũc illi nũc isti/ modis istis obedire. ⁊ nũc cũ istis nũc cum alijs cõionẽ p̃stare. Et h̃ totũ dicitur ꝓpter ꝓbabilẽ ignorãtiã iuris istius/ vel illius ꝑtis. ¶ Et supposito q̃ ab initio scismatis forte tentanda fuisset alia via/ ad sciendũ si ꝑ excõicatiões/ aut p̃dicationes/ vl' aliter/ oẽs ad vnã obedientiã trahi potuissent. Attamẽ cognito ꝑ exꝑientiã/ q̃ talia nihil ꝓficerent/ imo nocuerũt/ q̃ de die in diẽ maior inuolutio sequit̃/ videt̃ faciendũ vt dictũ est. ¶ Secuundũ documẽtũ q̃ inter oẽs eiusdẽ obediẽtie/ expedit adherere sentẽtijs latis a suo suꝑiore credito/ alioq̃n non eẽt vinculũ caritatis. ¶ Tertiũ documentũ est de casib⁹ reseruatis pape/ de dispensatõnib⁹/ ⁊ alijs in foro conscientie/ vel publico/ p̃nt hoies ſm credulitatẽ sue ꝑtis ⁊ seipsos q̃etare ꝓ facto tenendo id qd̃ eoꝝ suꝑior credit⁹ fecerit. Neutrales aũt videt̃ habere sufficientẽ recursum ad ordinarios apud q̃s ſm eoꝝ opinionẽ cõiter loq̃ndo/ est ꝑtãs deuoluta. ℣. Fac pacẽ xp̃e de q̃ tractatul⁹ iste Disputat atz pia mediatrix esto maria. Pastor ⁊ eccl'ie de⁹ en grex nẽ balat ad te. Ergo cã tui/ nẽ miſere sui. Finit.

# Tractatus qui ascribit̃ Johi de Gersonno.

Qualis fuerit stat⁹ eccl'ie in veteri/ ⁊ nouo testamẽto. ⁊ q̃liter ecclesia fuerit erecta tꝑib⁹ p̃dictis/ ⁊ q̃t scismata/ ⁊ q̃t intrusiones fuerũt in eccl'a romana ⁊ q̃liter in scismatib⁹ p̃terit⁹ fuerit actũ/ ſm veras chronicas.

Postq̃ suꝑior stat⁹ ⁊ effectus presentis scismatis/ ac acta ⁊ agenda in vniuersali eccl'ia/ ⁊ spẽalit̃ in roma/ ſm veros ꝓphetas/ digesta ⁊ notata sunt. Pro pleniori noticia p̃dictoꝝ acuit̃ stil⁹/ vt ſm veras cronicas et approbatas. ⁊ specialiter antistitis nostri reuerendi archiep̃i Eusontini verissimi antiq̃tatũ relatoris/ ⁊ fris Ptholomei de luca venerabilis croniste/ status ⁊ acta p̃terita ĩ dicta eccl'ia lucidi⁹ cognoscant̃/ ⁊ sciant̃ a lectoribus. Inuenim⁹ enĩ ego/ Theoforus ⁊ socius me⁹ carissim⁹ frater Eusebius/ in predictis/ ⁊ alijs cronicis/ vt infra d̃r/ fideliter referendo q̃ Eusontinus ⁊ Ptholome⁹ gesta ⁊ acta romane ecclesie denotarunt/ a natiuitate xp̃i vsq̃ ad annũ dñi. M.ccc.xvi. a quo tꝑe citra nullũ scisma fuit in ecclesia dei/ vsq̃ ad istud nouissimũ temp⁹. Petri de luna/ ⁊ angeli carorio. ¶ Ex quarum cronicaꝝ lectione clare reꝑim⁹/ q̃ ecclesia tam in veteri testamento/ q̃ in nouo/ exigẽtib⁹ peccatis/ ⁊ malicia sathane. multas tribulationes passa est. Tamen ab omni tribulatione ipam semꝑ deus liberauit/ cũ ipsi hũiliter ⁊ cõtrito corde ad deũ ꝯuersi sũt veniã petentes ⁊ maiorẽ quietẽ. Aliq̃ ĩ no. test. habuit ecclesia dei a destructione friderici imꝑatoris secũdi/ vsq̃ ad tꝑa bone memorie dñi Greg. pape. xi. q̃ quies ⁊ abundantia diuitiaꝝ/ reduxerunt ecclesiã in peccata/ ⁊ vitia/ ꝓpter que ecclesia patitur presens scisma/ ⁊ multa discrimina/ ⁊ maiora patiet̃. ¶ In veteri aũt testamẽto eccl'ia mltas tribulationes passa est. Primo decem plagas dũ fuit in terra egypti. Item in tꝑe habite possessiõis terre ꝓmissiõis/ vsq̃ ad templi edificationẽ. xi. ꝑsecutiões passa est ecclesia. Item post templi edificationẽ suscitauit durissimã iacturam ⁊ scisma/ qd̃ fuit int̃ roboaz ⁊ ieroboã. Itez suscitauit trãsmigrationẽ totius sacerdotij/ ⁊ destructionem tẽpli in babiloniã per patrẽ nabucbodonosor. Item passa est tꝑe nabuchodonosor/ quo tempe multi fuerũt pseudo pontifices maximi/ ⁊ scismata/ clerus magnam ꝑsecutionẽ passus/ ⁊ fuit vltima in veteri testamento. Cui ꝑsecutioni presens/ ⁊ persecutio Friderici tertij/ ⁊ magni vltimi antichristi futuri/ similes erunt scd̃m abbatem ioachim libro de vltimis tribulationibus. ¶ In nouo autem testamento ecclesia etiam varias ⁊ diuersas persecutiones passa est/ exigentibus peccat⁹/ ⁊ opere nature humane hostis. ¶ In primitiua enim ecclesia summi pontifices apostoli/ prelati/ ⁊ alius clerus/ opprobria damna ⁊ iniurias et mortis diuersa martyria passi sunt. ¶ Itẽ cesantibus martyrijs/ ⁊ crescente dicta ecclesia/ a constantino magno/ ⁊ ab alijs prĩcipibus/ a populo christiano/ inceperunt hereses menandri/ primi heretici Arrij/ et aliorum hereticoruz/ maxima scandala generantes in ecclesia dei. ¶ Postq̃ autem in ecclesia multiplicata sunt dominia in tẽporalibus ⁊ spiritualibus/ inceperunt intrusiones ⁊ scismata in romana ecclesia/ ꝓpter que dominia ⁊ potestates/ continue fuerunt odia ⁊ rancores/ inter summos põtifices/ imperatores romanos/ ⁊ dominos temporales. Que scismata fuerunt viginti cum presenti ⁊ intrusiones q̃dragintaunũ

Quoꝝ primũ scisma incepit anno natiuitatis dñi. ccxliiij. inter primũ Cornelium et Nouacianũ. ¶ Secundũ scisma fuit anno. ccc. liij. inter liberiũ et felicẽ. ¶ Tertiũ anno. ccc. lxxiiij. int Damasum pmũ et Ursinũ. ¶ Quartum scisma fuit anno. ccc. xxxvij. inter Bonifacium primum et Eulalium presbyterum. ¶ Quintum anno dñi xvi. inter Simachũ primũ et Laurentiuz ¶ Sextũ anno do. cccxiiij. inter Bonifaciũ et Dioscoꝝ ¶ Septimũ dccxliij. inter Stephanuz tertiũ sanctũ viꝝ et Cõstantinũ. ij. qõ scisma si bñ videat q̃ si p oia simle est instãti scismati et plᵒ assilat pñti scismati q̃ alia ꝑterita. ¶ Octauũ scisma fuit anno dccclviij. int Eugeniũ scõm et Sisinum Nonũ fuit dccccxx. int Leonẽ q̃ntũ et xpoforꝝ pbr̃m. Decimũ fuit ãno dccccliij. int Johez scõm nobilẽ romanũ et Leonẽ octauũ. xi. fuit dccccliiij. int Gregoriũ q̃ntum et Johem eꝑm placẽtinũ. xij. dccccxcix. inter Bñdictũ nonũ et leonẽ ꝑdictũ. xiij. M xxxvi. tpe benedicti octaui. q̃ a romanis eij cit et alius intrudit postea Bñdictus restituit. xiiij. scisma fuit ãno. Mlij. tpe Bñdicti q̃ cum iã sediſſet multis ãnis aliꝗ s̃ũt electi expulso Benedicto. xv. fuit. Mlxxvij. int Alexãdꝝ scõm et Lodullũ eꝑm pmẽsem. Decimũ sextũ fuit. M. lxxxv. int Gregoriũ et eꝑm pmenk. xvij scisma fuit M c. iter pascalẽ. ij. et tres ꝑlatos q̃ nomẽ et offiũ occupauerũt fauore heretici impatoris. xviij. fuit. M. c. xi. inter gelasiuz scõm et bitodinũ hispanũ. xix. fuit M. c. xxi. inter innocentiũ scõm et petrũ leonis. xx. ãno. M. c. xlix. inter Alexandꝝ tertiũ et q̃tuoꝝ scismaticos. xxi. scisma fuit tẽpe Ludouici de bauaria q̃ Ludouicus veniente et regnãte iohanne. xx. q̃ iohes assumptᵒ fuit ad papatum Anno dñi. Mcccxix. fecit fieri antipapam fratrem Petrũ de carbario ordis miuorum a quo coronaz imperij recepit. Tamen facta dictorum antipape et antijmpatoris annullata sunt infra annos. ¶ Uicesimũ secundũ scisma presens est et melius coloratũ aliquo alio. xpberatũ a spũsancto p punitõe cleri et reformatõe eccie. Circa q̃ꝝ intrusionẽ scismatũ ꝝ fictõz pcessuũ ordinationẽ ablationẽ et finez ex flore supradictorum notũ est ¶ Et põt notari singulariter q̃ oia et singula scismata et intrusiones predicta ꝝ ficta fota et nutrita sp fuerũt ope ingenio et inuidia pessimoꝝ sacerdotũ et clerideꝰ sibi semp fauentiby et auxiliantibus imperatoribus et populo romano excepto karolo magno. et tribus Ottoniby primis de saxonia qui ecclesiã multũ afflictã semp ere xerũt ¶ Itẽ notamᵒ q̃ in omni scismate sp ille vicit et obtinuit qui habuit ius siue primo siue secũdo electᵒ fuisset. Et sp antipapis et seq̃cibus male successit ¶ Itẽ in omni scismate iste papa visus est habere ius et obtinuit q̃ electᵒ fuit a maiori parte electorũ et habentiũ vocẽ in electionẽ papat. ¶ Itẽ notamus q̃ de cõuersione magni Cõstãtini circa et postq̃ꝝ roma et maxima ps fidem christi agnouit q̃ imperatores romani vel populus romanus. xxv. veros summos pontifices expulerunt de roma et ipos diuersis penitẽtijs afflixerũt iniuste. Quorum summorũ pontificũ nomina sunt hec Julius pmus simachus. Siluerius pmᵒ Vigilius pmus. Martinus pmus. Leo tertius. Eugenius scõs. Johes octauus. Leo q̃ntus vel sextus. Johes decimᵒ. Benedictus octauᵒ. Johes decimusquartus. Johes decimussextus. Gregorius q̃ntus. Bñdictus nonus. Gregorius septimus. Uictoꝝ tertius. Pascalis scõs. Alexander tertius. Bonifacius sextus ¶ Item notatum fuit q̃ reges frãcie qui p tempore fuerunt nunq̃ꝝ in aliquo dictorũ scismatũ adheserunt scismatico sed semper veris pontificibus. imo qõ plus est reges francie octo summos pontifices de sede expulsos posuerunt et reduxerunt in romam in sedem p priam/quorum summoꝝ pontificum sunt hec nomina. Vigilius vel Eugeniᵒ Leo Zacharias. Stephanus. Calixtus. Innocentius. Alexander tertius et Paschalis ¶ Item singulariter notatum est q̃ quandocunq̃ꝝ ecclesia in scismate vel alio modo vacillauit semper ecclesia erecta fuit per aliq̃s principes seculares vt per karoluz magnũ Ottones de saxonia. Reges francie cõmune pisis seu Pisanos et diuersos alios. Nũq̃ꝝ enim ecclesia relapsa vel vacillans suis operibus vel viribus se erexit. ¶ Item singulariter est notatum q̃ nũq̃ꝝ in scismate per ecclesiam concilium generale fuit vocatum. Sed illi qui fuerunt in scismatibᵒ veri pontifices vocauerunt concilia particularia in diuersis locis prout videbatur sibi expedire ¶ Tamen non reperio aliqõ scisma sine concilio aliquo fuisse ablatum Item reperio q̃ tempore Gregorij sexti et

Clementis.vij.quo tempe erat scisma in ecclesia qñ Henric⁹ ipator ꝓuocauit ⁊ ꝓgregauit ꝓciliũ generale nõ vocatis papa nec cardinalib⁹ q̃ erãt discordes. Et qd ibi ordinatũ fuit valuit ⁊ fuatũ fuit in eccl'a non obstãte absentia pape ⁊ cardinaliũ. ¶ Item notatũ est q̃ aliqui in sede apl'ica ⁊ tenẽtes pacẽ iuste suis tp̃ibus reguauerũt sine scismate quor̃ nomia sunt hec Johes.x. Jo. xvij. Siluester.ij. Damasus/ ⁊ Victor.ij. Item notandũ est q̃ Leo papa.iiij.dubitãs ne ei⁹ electio eẽt bona renũciauit papatui.tũ Cardinales videẽtes eius bonitatẽ reelegẽrt ipm. Et idem ꝓtigit Honorio.ij natione bonoñ. ¶ Scismata supradicta fideliter extracta sunt a supradictis chronicis que patent omnibus volentib⁹ eas audire. ¶ Finit.

# Incipit tractatus

eiusdẽ Joh. Gerson de vnitate eccl'iastica

A Vnitatis eccl'iastice tractatoribus/vn⁹ ex zelatorib⁹ eiusdẽ pacis viã felicit inuenire. Et si alligatũ corp⁹ vinculis occupationũ/teneat ne pgat ad sacrũ Conciliũ pisis deo auspice celebrãdũ/nihilomin⁹ vbũ dei/sic dic apl's nõ est alligatũ. Propt'ea decreuit spũs pmptus/ ⁊ pacis auidissim⁹. vbũ aliqd dei litterulis insertũ q̃quauersus spargere/q̃ infirma nequt ire caro. Non quidẽ ad determinandus absit hec temeritas.sed ad examinandum. ⁊ dandũ sapientib⁹ occasionẽ/ ⁊ offerendũ in tabnaculo dei cũ hominib⁹/ id quod ex talẽto q̃lis q̃ scientie cõmissum est.

Vnitas q̃ppe eccl'iastica. ad vnum certũ xpi vicariũ/stantib⁹ terminis in q̃b⁹ est ecclesia Anno dñi. Mcccc.xxix. Januarij nõ est retardãda ꝓt' allegationes quasdã ex iurib⁹ positiuis/sumptas ꝓtra celebrationẽ ꝓciliũ generalis/ aut viã cessionis. vt q̃ cõciliũ nõ põt celebrari sine auctoritate pape. Ex spoliatus añ oia debet restitui. Ex recusandi sunt tanq̃ inimici q̃ subtraxerũt se ab obediẽtia. Et allegari põt iustus metus. Ex pape nemo dicere põt. cur ita facis. pſertim si nõ sit expſse errans ꝓtra articulos fidei/ cũ a nemine valeat iudicari/ ⁊ nemini sit subiect⁹/ nec possit effici scismatic⁹. Ex piculosum est pastori deserere gregẽ suũ cedendo. Rursus q̃ quilibet fecit debitũ suũ p eccl'iastica vnione/ nec est in culpa. Denicq̃ q̃ inquirendũ est de iusticia vere ptis/ sine cui⁹ cognitõne/ñ pñt hi qui errauerũt penitere/ ⁊ siqua sunt silia. Ponunt igit aduersus ista ꝓsideratõnes.xij.generales/ quor̃ explicatio spẽalis sufficiet studiosis ista reuellere.

## Cõsideratio prima

Vnitas eccie generalis/ sic impedita est p diuisiones filior̃ suor̃/ tanq̃ mẽbror̃ putrescentiũ/ ⁊ ꝓtra deum peccãtiũ/ nã pcta nr̃a iuncta vbũ ꝓphicũ diuiserũt inter nos ⁊ deũ. Sic p vnionẽ opposita/ scz p recõciliationẽ cuislibet ad deuz corrigendo prauos mores. hũiliando se/ ⁊ orando rursus debet hec vnitas impetrari Alioq̃n manẽte cã scismatis/ qualis de sua cessatione poterit spes hr̃i/ nisi tm̃ in pura gr̃a dñi nr̃i Jesu xpi/ q̃ immeritis/ ⁊ ingratis/ ꝓferre solet magna/ nihilomin⁹ coadiutores ei⁹ esse nos optet. nũc p̃cipue/ qñ pacis inimic⁹ seuiet acri⁹/ q̃to redit⁹ pacẽ p pinq̃or appet/ ĩmittet qñ si poterit/ validissimũ ad ꝓtinuationẽ scismatis impedimẽtũ/ diuisiones scilicet int' eos/ q̃ pſecuturi sunt vnionẽ/ ministerio superbie/ cupiditatis/ aut inuidie.

## Consideratiõ secũda contra primam allegationem.

B Vnitas eccie eẽntialis sp manet ad xpm sponsũ suũ. Nam caput eccie xps in q̃ sum⁹ omis vnũ pm apl'm. Et si nõ hz vicariũ. dũ. s. mortu⁹ est/ corpaliter vel ciuiliter/ vel qr nõ est pbabiliter expectandũ q̃ vnq̃ sibi vel successorib⁹ suis obediẽtia pstet'a xpianis/ tũc ecl'ia taz diuino/ q̃ naturali iure/ cui nullum obuiat ius positiuũ rite itellectũ/ pt ad pcurãdũ sibi vicariũ vnũ ⁊ certũ/ semet ꝓgregare ad ꝓciliũ generale/ repũtans eã. ⁊ h̃ ñ solũ aucte dñorũ cardinaliũ/ sz et adiutorio ⁊ auxilio cui⁹ cũq̃ ꝓncipis/ vel alteri⁹ xpiani. Nõ enim hz corp⁹ eccie misticũ a xpo pfectissime stabilitũ/ min⁹ ius/ ⁊ robur/ ad pcurãdũ sue vnionis/ q̃ corp⁹ aliõ ciuile/ misticũ/ vel naturale vex. Hecq̃ n. ẽ de imediato ac ĩmutabili iure diuio/ vel naturali/ q̃ eccia se nõ possit ꝓgregare ⁊ vnire ⁊ sine papa. aut sine aliq̃ pticulari statu vel collegio. vbi in casu cadere potest mors/ vel error.

## Cõsideratio tertia